IACOB ET RACHELIS
AMOR DELVSVS
MELODRAMMA
DOCTORIS PAVLI GINI

IN SACELLO ARCHICONFRATERNITATIS

SANCTISSIMI

CRVCIFIXI.

APVD S. MARCELLVM VRBIS

CONCINENDVM

Modulis expressum

A DOMINICO PHILIPPO
BOTTARIO LVCENSI



ROMÆ, Typis Io: Francisci Buagni. MDCCVII.
In Viâ Catenarum propè Sapientiam

Superiorum permissu.

ARGOMENTO.

AVeua seruito Giacob in Casa di Labano suo Zio per lo spazio di Anni sette, con patto, e promessa di riceuerne in premio Rachele per Isposa Figlia Minore del sudetto.

Terminato adunque il seruizio delli detti sette Anni fece istanza Giacob per la promessa Rachele; Onde celebratesi à tal fine le Nozze, Labano sù l'ombra della notte in vece di Rachele consegnò Lia Figlia Maggiore à Giacob senza che questi se n'auuedesse. Fattosi poi giorno, & accortosi Giacob dell'inganno, si lamentò con Labano d'esser stato in tal forma deluso, mentre egli aueua seruito per Rachele, e non per Lia; à cui rispose Labano, che non era consuetudine nel di lui Paese maritar prima le Figliole Minori; Ma che fosse stato vna Settimana con Lia, e poi gli auerebbe altresì dato Rachele con nuouo seruizio dà prestargli per altri Anni sette. Intesa Giacob la Risposta acquieuit placido *Così al Cap. 29. della Genesi.*

Col desiderio, che hanno Giacob, Lia, e Rachele alle Nozze, si và insinuando sotto figure quell'ardente brama, che hà il Christianesimo tutto di sposarsi alla Pace tanto sospirata nelli tempi presenti, la quale si deue dimandare, e sperare da Dio vero Autore, e fedele Donatore della Medesima

INTERLOCVTORES.

IACOB.

RACHEL.

LIA.

LABAN

PRI-

PRIMA PARS.

Ia. 
Væ cogitas, quid agis
Almi Genus Abrahami, & Isac Proles?
Rumpe moras ò Iacob;
Promissę seruitutis
Anni completi sunt; vade ad Labanum,
Audax mercedem pete.
(Initum pactum iam) spera fidelem
Sponsam dabit Rachelem.
Eia gaude
Surge plaude
Magni ò Iacob Lucri spe;
Nox recessit orta est dies
Iam laborum erit quies,
Exultabis,
Triumphabis,
Quisnam Vir felicior te? Eia gaude &c.

Rac. Quo properas ò Iacob
Exiliens velvt Dux capto triumpho?
Siste gradus, & audi.
Quid sibi tanta volunt
Animi gaudia, plausus, & tripudia?
Quo Via paratur
Quæ dulcis datur
Cordi Voluptas dilecte; ò care?
Verbo fideli
Dic tuæ Racheli
Oranti, Amanti noli occultare. Quo via &c.

Iac. In Domum redeo tuam
Tuque Rachel es fons Iubili mei.

Rac. Ego fons gaudij tui!
Quid hoc amate Iacob?

 Noui-

Iac. Nouisti quod impendens
Opus septem Annorum
Laban parui mandatis?
Rac. Vtiquè noui, & magna
Prò laboribus tantis
Merces tibi tradenda.
Iac. Immensam ab illo expecto;
Si dabit, quam promisit
Ditior me nullus erit.
Rac. Soluet promissa Pater;
Quæ pollicitus est, enuncia mihi.
Iac. Nuptias tuas mea soror.
Rac. Nuptias, ò Frater, meas!
Ego tua merces ero?
Iac. Non aliam nisi te, ò Rachel quæro.
Quid vltrà, & amplius labori meo
Tradendum cupio, sperare queo?
Tu præmium dulce Rachel formosa.
In te delitiæ, Pax, & diuitiæ
Thesaurus ingens, merces pretiosa. Quid &c.
Lia. Et quando nam soluetur
Atra nubes ò Lia
Lippis oculis tuis?
O sors, iniqua sors; heù me infelicem.
Ad luridas Pupillas
Quis ardebit amore?
Quanto crucior dolore.
Non corda feriunt,
Amantes rapiunt
Luces elanguidæ, fletu madentes;
Vocant Amorem
Augent ardorem
Formosæ, nitidæ, blandæ, ridentes. Non &c.
Lab. Vsquequò flebis Lia, lacrymas fundes?

La-

Labano Genitori
Faciem ſemper lugentis
Feres, nunquam ridentis?
Lia. Cordis, & oculorum
Premunt tormenta ò Parens;
Crudam deploro ſortem,
Quæ mori facit me, nec donat mortem
Lab. Siſte fletum ò Filia, & ſpes amica
Cordi ſolatia ferat.
O ſi ſcires, non lugeres
Cara Lia, ſed gauderes;
Iam putares te beatam.
Ploras nunc, citò ridebis
Quando noſces, & videbis]
Tibi ſortem ſponſi datam. O ſi ſcit.&c.
Lia. Quis erit Vir, & quæ connubij dies?
Lab. Modicum expecta, & ſcies
Rac. O Lia dilecta ſoror
Bene ſit tibi, & Deus
Perennis lucis fons, æternus Ignis
Lippis oculis tuis
Iucundam reddat lucem;
Omnipotens, & Pius
Donet vnà cor lætum]
Vertat in gaudia fletum.
Lętare ò Lia; quam diu dolendum?
Non amplius flendum; fleuiſſe ſatis
Pax detur oculis; & Cordi quies,
Agamus dies Iucunditatis. Letare &c.
Lia. Sat dolui, ſat fleui; Deo nunc fauente
Dolor, fletus abiuit
In lætitiam tranſiuit
Rac. Quis hodie commutauit
Lacrimas tuas in riſum?

Lia. Læta detulit Pater.
Rac. Quæ fausta nunciauit?
Lia. Breui me Sponsam fore
Rac. Et cuius Viri Vxorem?
Lia. Siluit, neque indicauit.
Rac. Gratulor tibi ò Lia
Age, vale, quiesce
Animo semper lęto.
Relictus vocat Grex, en illum pęto.
Iac. Rachel dilecta mea
Quanam te fiuar die?
Lia. O Vir mihi desponse
Quando tu Consors Liæ?
Ar. à 2. Lia. Veni propera dies amata
Iac. Curre, accelera dies optata.
Lia. Quandò gaudens te videbo?
Iac. Quamdiù mærens te expectabo?
Iac. Vbi venies
à 2. Mox tu lenies
Li. Liæ dolores
Iac. Meos Amores
Lia. *a 2.* Erit Pax) Amplius non flebo.
Iac. Et exultabo. Veni &c.
Lab. Quas audio Domi meę loquentium voces?
Iac. Vox est Famuli tui.
Lab. Quem requiris, quid petis?
Iac. Laban dilecte Frater
Impletum tempus est, quo tibi fidam
Præstiti Seruitutem.
Lab. Nota mihi iam sunt officia Iacob.
Labori septem Annorum
Iusta merces debetur
Iac. Quæ pollicitus es, munera satis
Lab. Quam promisi mercedem?

In

Ia. In Vxorem Rachelem.
Lab. Fidem, pactum ſeruabo,
Rachelem in Sponſam dabo.
Vade igitur Iacob
Dilecte Cordi meo
At magis care Deo.
Ex te Iacob orietur
Clemens Mundo, amica Stella,
Sol naſcetur, per quem Montes
Ligna. Saxa, Riui, & Fontes.
Pacem dabunt,
Mel ſtillabunt
Luctus ibit, fugient Bella Ex te. &c.

Rac. Iacob, amate Iacob
O quanto amore in te Rachel accenſa!
Illi, cui nil occultum, omnia cui patent
Notus Rachelis Amor.
Non ille Mundi vanus,
Pudicus, non inſanus
Amor eſt meus.
Iacob & amans fui
Quia pulchra Imago Tui
O Magne Deus. Non ille &c.

Lia. Vt quid redis ad fletum;
Noctes, dieſque inſomnes
Agis, & doles Lia?
Claudite iam riuos oculi; Satis ora biberunt:
Læto nuncio Parentis
Iam iam tù felix Sponſa.
Mærores longè, à me fugite, abite
Pacis gaudia venite.

Pa-

In dulci quiete
Pupillæ manete
In pace ſis Lia, in pace iam dormi
Pax Cordi donetur
Mens nulla turbetur
Curarum,
Laruarum
Imagine informi. Ia &c.

Finis Primæ Partis.



SE-

SECVNDA PARS.

Rac. RAchel, decepta Rachel,
Delusi tui Amores
Vbi fides ò Pater,
Promissa ità seruasti amato Iacob?
Nocturna eludens fraude
Rachelem spondes illi, & Liam tu tradis
Magnus Labani dolus.
Rachelis plaga maior.
Delusæ Filiæ oculi flete,
Vestris, & lacrymis cordi dolenti
Iam iam cadenti opem præstate
Si forte vobis vires non datæ
Vulnus curandi, pænas mulcete. Delusæ &c.
Lab. Quid ploras pignus carum
Teneri mei Amoris?
Rac. Tu solus lacrymarum
Causa, & mei doloris
Lab. Quid egit mali tibi, aut potuit vnquam
Pulchræ Soboli Parens?
Rac. Mihi desponsum Iacob
Liæ in Virum dedisti,
Me innuptam reliquisti
Lab. Noli flere Puella
Etiam prò te micabit
Clemens dè Cælo Stella
Terge lacrymas ò Filia,
Eris sponsa & tu dilecta;
Sanæ mentis
Tui Parentis
Illa reputes consilia;
Rachel mea non es decepta Terge &c.

At

Rac. Atquem dabis Conſortem?
Lab. Iacob erit Vir tuus.
Rac. Iacob erit Vir meus
Qui iam traditus Liæ?
Lab. Crede ſuſtine, & ſpera;
Rac. Suſtinebo; ſperabo.
Rachelis autem Spes in Deo firmata.
In te benigne Deus
Potens, & verax ſolus,
In quo non regnat dolus
Ego ſperabo.
Fides, & amor meus
Non folium leue, aut rota,
Vt Mons ſemper immota.
Et firma ſtabo. In te &c.
Iac. Quid noui ò Iacob cernis,
Mecum iacentem Liam!
Tuque Rachel vbi es formoſa mea?
Laban, doloſe Laban
Sub cæca noctis vmbra ità me ludis?
Apponens prò Rachele
Lippientem Sororem?
Sic meum fallis amorem?
Surgam, ibo; mei furores
Date minas, & terrores,
Laban ſcelus proclamate.
Læſam, fractum
Fidem, pactum,
Fraudem, dolum vindicate. Surgam &c.
Sed quo Iacob, te Iacob
Inſana impulit ira?
Indignus Iſac Prole
Impetus hic accenſus
Cælo exoſus, terriſque, animæ infenſus
Mens

Mentis turbatæ fluctus
Prudens compone, & rege.

Lia. Summe Parens Clementiæ,
Qui sperantes in Te nunquam dimittis,
Ecce Famulæ tuæ
Afflictionem vidisti
Conuersà in gaudium pænà, in risum fletu.
Iniquam fugasti sortem
Largiendo Consortem
Non cadat animus plagà mæroris
Mala dum sæuiunt, ingrata & sors
Ferit nos Dominus vulnere Amoris
Salus vt prodeat, non autem mors. Non &c.

Iac. Ecce Iacob ad te redit ò Laban
In Amore delusus.
Quid est, quod mihi egisti, vt Liam hac nocte
Dolo Coniugem dares?
Nonne seruiui tibi, opus fidele
Præstiti prò Rachele?
Vbi pacta seruata, & firma fides?

Lab. Parce Labano, parce amate Iacob
Dolus non fuit, sed amor.
Patris, & Patriæ morum

Iac. Mores diffringit pactum, & ipsas leges

Lab. Nostræ intactæ seruandæ
Pactis non violandæ

Iac. Ergo inanes labores,
Tot profusi sudores?

Lab. Vanus non erit labor
Hebdomadà peractà
De Rachele gaudebis
In Vxorem habebis;
Seruies tamen prò Illa
Septem reliquos Annos

Mo.

Iac. Modo Rachel ſit mea
Non ſeptem alios tantum
In ſeruitute ſtabo,
Sed vſque ad Vitæ fines
Famulatum præſtabo
Labores, & pænæ,
Sudores, Catenæ
Amanti ſunt leues, & dulce tormentum.
Videntur præ amore,
Vt dies, & horæ;
Sint menſes, aut Anni, ſint luſtraque centum.
Lia. Et vbi; vbi Vir meus;
Quæro te, nec inuenio: Infelix Lia.
Ad ſponſam reuertere ò Iacob dilecte.
Quò care aufugiſti,
Cur me reliquiſti
Ad ortum diei
Oblitus iam mei!
O Nuptiæ infelices quam citò deſpectæ.
Ad &c.
Quis dolor ſicut meus?
Sponſi Vocem non audio
Redeuntem non video.
Veni decora lux, meus Amor veni,
Turturis viduatæ
Gemitibus clamantis
Aures benigne intende, animum flecte
Ad ſponſam reuertere, ò Iacob dilecte
Iac. En Rachel ad me venit
Triſtis, & gemebunda
Rac. Quandò Racheli pax, dabitur quies
Dolenti Cordi meo?
Ago noctes, & dies
Iam conſumpta mærore

Heù quantùm cruciant moræ!
O Pax amabilis,
Desiderabilis
Quandònam venies, vt perfruar te?
Tempus auarum
Cur Nuptiarum
Producis diem, & lanias me? O Pax &c.
Iac. Qui crudelis ò Rachel
Angit pectora dolor?
Rac. Si nouisti Rachelis
Ergà Iacob amorem
Haud ignoras dolorem.
Iac. Ah notus quidem Amor
Notus, & mihi dolor
Dolori meo non impar.
Patrios radargue mores,
Qui primò nuptas volunt
Filias natu maiores.
Rac. Patria colo mandata
Quæ iubent, mihi grata.
Iac. Spera tamen dilecta,
Post paucos namquè dies,
Eris mea Sponsa electa;
Antiquum hodiè pactum
Genitor tuus firmauit
Rac. Suauibus & dictis
Dolorem meum leuauit
Iac. Ergò Pulcherrima spe gaudeamus,
Rachel canamus Carmen Amoris.
Stella fulgebit
Clemens valebit
Vmbras fugare nostri timoris Ergo &c.
Post semina laborum.
Pollens, & potens Deus

Mes-

Messem dabit feracem:
Rac. Post annos et mærorum
Clemens quoque donabit
Nostris diebus Pacem.
Qui Pacem sperat
Ab alto quærat
In Deo confidat, & spem reponat.
Spes Mundi vana,
Fallax, insana
Fidelis Deus hanc solus donat. Qui &c.

FINIS.

